

## IN PSALMV. LXXXIX. DOMINE REFVGIVM FACTVS FS NO. EPI. XL.

134

ram: vnde primus homo factus est: Sic & spūs ex illius vnus spū. ppagatus: non tamē ad eū re-  
 uertit: sed ad dñm: a quo illi datus est. Verum q̄ hoc testimoniū ita p̄ istis sonat: vt nō om̄i mo-  
 do huic opinioni quā defendi volo videat̄ esse cōtrariū: admonēdā tantū credidī prudentiā tuā:  
 ne talibus testimonijs ex his angustijs me coneris eruere. Nam licet nemo faciat optando: vt ve-  
 rum sit: quod verū non est: t̄m̄ si fieri possit et optarē: vt hac sententiā vera esset sicut opto: vt si ve-  
 ra est: abs te liquidissime atq; inuicissimē defendat̄. Hęc autē difficultas etiā illos sequit̄: q̄ iam  
 existētes alibi aīas & ab initio diuinorū operū pręparatas: a deo mitti opināt̄ i corpora. Nā & ab his  
 hoc idē querit̄: si aīa inculpatā obedienter veniunt quo mittunt̄: cur in paruulis si non bapti-  
 ti vitam istam finierint puniunt̄? Eadē prorsus in vtrāq; sententiā difficultas est. Illi sibi vident̄  
 de hac facilius exire quæstione: q̄ aīas asseuerant p̄ meritis vitę prioris singulas singulis corpo-  
 ribus implicari. Hoc enī putāt esse in Adam: mori in carne scilicet: quæ propagata est ex Adam  
 supplicia pendere: a quo reatu inquit̄ gr̄a christi liberat̄ pusillos cū magnis. Hoc qdē recte: ve-  
 raciter: optimeq; qd̄ gr̄a xp̄i liberat̄ a reatu peccatorū pusillos cū magnis. Sed i aliā superiore vita  
 peccare aīas: & inde præcipitari in carceres carnos non credo: nō acquiesco: nō consentio. Pri-  
 mo quoniā nescio p̄ quos circuitus fieri id aiunt istī: vt post nescio quanta volumina saculorū ite-  
 rum ad istam sarcinā corruptibilē carnis & supplicia pendenda redeundū sit: qua opinione qd̄  
 horribilius cogitari possit ignoro. Deinde quis tandē iustus defunctus est: de quo non (si isti ve-  
 ra dicunt) solliciti esse debeamus: ne in sinu Abraę peccans in flāmas illius diuitis deiiciat̄. Cur  
 enī non & post hoc corpus peccari possit: si & ante potuit: Postremo longe aliud est in Adam  
 peccasse. Vnde dicit aplūs: In quo omnes peccauerunt: & aliud est extra Adam nescio vbi pec-  
 casse: & ideo in Adam: id ē, in carnē: quæ ex Adam ppagata est: tanq̄ in carcerem trudi. Illā ve-  
 ro opinionē: q̄ ex vna fiant omēs animæ: nec discutere volo nisi necesse sit. Atq; vt inam ista de  
 qua nunc agimus: si vera est: sic abs te defendat̄: vt hic necesse non sit. Quis autē desiderem: ro-  
 gem: votis ardentibus exoptē: & expectem: vt p̄ te mihi dñs huius rei auferat ignorantia: tamen  
 si (quod absit) minime meruero: patientiā mihi petam a dño deo nostro: in quē sic credimus: vt  
 aliqua nobis non aperiri etiam a pulsantibus nullo modo aduersus eū immurmurare debeamus  
 Memini prius ipsis aplīs dictum: Multa habeo vobis dicere: sed nō potestis illa portare modo. Ioh. 15.  
 In his quantū ad me attinet: etiam hoc depretem. Nec qui hoc sciam me indignē indignum: nec  
 hoc ipso etiam cōuinca indignior. Multa em̄ alia similiter nescio: quæ cōmemorare vel enume-  
 rare nō possum: & hoc tolerabiliter ignorarē: nisi metuerem ne aliqua istarum opinionū contra  
 illud quod firmissima fide retinemus incautis obreperet mētibus: sed anteq̄ sciam quæ nam earū  
 rum potius eligenda: hoc me non temere sentire profiteor eam: quæ vera est nō aduersari robu-  
 stissimā ac fundatissime fidei: q̄ christi ecclesia nec paucos homines recētissime natos a damna-  
 tione credit: nisi per gratiam nominis xp̄i quā in suis sacramentis cōmendauit posse liberari.

DIVI HIERONYMI EPISTOLARVM TERTIVS SECVNDÆ PARTIS TRA-  
 CTATVS CONTINENS EPISTOLARES EXPOSITIONES QVORVNDAM  
 PSALMORVM ET CANTICANTICORVM SECVNDVM ORIGENEM E  
 GRAECO TRADVCTVM.

Beati Hieronymi p̄biteri ep̄la ad Cyprianū p̄sbyterū psalmū. lxxxix. q̄ Moyfi inscribit̄: v̄s  
 delictet psalmus: Dñe refugiu factus es nobis exponētis.

**P**RIVS TE CYPRIANE p̄sbyterorum studiosissime de illorū numero su-  
 per quibus audiuit Moyses elige p̄sbyteros: quos tu ipse scis dignos esse  
 tantum epistolis noveram: & beati viri vocabulum consecutū: qui legem dei  
 die ac nocte meditatur: nunc autem quia exterioris quoq; hominis nobis inui-  
 cem facta est cognitio: & post salutationē dulcesq; cōplexus: quibus sibi amiz-  
 citia copulatur: vt probes verum esse qd̄ audieras: statim a me postulas: vt dif-  
 ficillimū psalmum: qui apud gr̄acos & latinos octogesima nonus inscribit̄  
 tibi edisseram: non composita verborum oratione plausuq; populari: qui solet imperitorum au-  
 res decipere atq; palpare: sed oratione simplici & eccl̄iastici eloquiū veritate: vt scilicet interpreta-  
 tio nostra non alio interprete indigeat: qd̄ plarisq; nimīū disertis accidere solet: vt maior sit in-  
 telligentia: difficultas in eorū explanationibus: q̄ in his quæ explanare conant̄. Aggrediar opus  
 difficillimū: & sanctarū præcū tuarū sultus auxilio illius versiculī recordabor: Dñs dabit verbū  
 euāgelicū: v̄ virtute multa. Ac primū sciendū: q̄ psalmi istius iuxta hebraicū titulus sit: Oratio  
 M